


80 Philol. 2111:3

# EPITOME COLLOQUIORVM

Erasmicorum, continens in se  
communiores quotidie-  
ni sermonis formu-  
las, in puerorum  
usum con-  
gesta.

Norimberge apud Io. Petreium. M. D. XLV.

1545



ADVERSUS CALVMNIAM.

Hendecasyllabi Phalatij, per Nicolum Ditrichum.

Doctorum haud lacerare me libellos  
Quisquam existimet, At capaciori  
Ætati solidos manere norit.  
Tantum hic effigiare craßiores,  
Sub primis pueros studemus annis.  
Quam frugem facile è suis libellis  
Exæipi patientur illi primum  
Qui scripsere, igitur rogo proteruos  
Dentes Zoile comprimas. Licebit  
Vtè tramite cuiq; promptiori,  
Cui seruire nequit breuis tabella hæc.  
Στάρβειον ἦν ἔλαχες, μέμνησο κοσμῆμ.

HEXASTICHON AD  
pueros. N. D.

Hens puer ingenuis mentem uirtutibus orna,  
Imberbis discas uerba latina loqui.  
Crede mihi haud pulchro radiantis gemmulae in auro  
Splendida nec byssus, purpureæ ut togæ.  
Ingenuum exornant puerum, quantum inclyta uirtus,  
Ingens quam sequitur gloria, fama, decus.

Epi

Univ. BOL.  
MÜNCHEN

# EPITOME COLLOQUIORVM

Erasmicorum, continens in se communio-  
res quotidiani sermonis formulas,  
in puerorum usum congregata.

## EX PROOEMIO PRÆCEPTA,

**N**ON temerè docet quidam, ut salutemus libenter.  
Comis enim & blanda salutatio, sëpe conciliat amicitiam, inimicitiam diluit, certe mutuam benevolentiam alit, augetq;

Vrbanitatis est, salutare obvios, aut eos qui nos  
adcent, aut quos adimus ipsi colloquendi gatia. Item  
operis aliquid agentes, coenantes, oscitantes, singultien-  
tes, sternutantes, tuſientes.

In ructu crepituum uentris salutare, hominis est plus  
satis urbani. Sed inciuilius etiam cum salutare, qui redit urinam, aut exonerat aluum.

Vrbanum est addere cognitionis & affinitatis titulum, nisi cum habeant aliquid odij, tum enim præstat  
abuti plausibilioribus, ut, pro Nouerca, mater: pro Pri-  
uigno, Fili: pro caligarie, calcearie, Vir honorandæ.

Senes, ignotos adolescentes, filiorum cognomento fa-  
lutat. Adolescentes uiciſſim illos, ut patres, aut dominos.

## SALVTANDI FORMA

le in primo congressu.

Salve pater amantissime.

Salve mea matercula.  
Salve mi frater.  
Salve Praeceptor obseruande.  
Salve condiscipule.  
Saluus sis.  
Salve primum amicorum optime.  
Salve uir ornatissime, spectatissime.  
Saluete pariter omnes.  
Saluete quotquot estis, una salute omnes.  
Salve congerro lepidissime.  
Saluete belli homunculi.  
Salve iterum atq; iterum.  
Salve annicula annos nata quindecim.  
Salve puella annorum octoginta.  
Salutre te iubeo.  
Salutem tibi precor.

### RESPONSI<sup>O</sup>N

Et tu salve.  
Saluus sis tu quoq;  
Et tu tantundem salve mi Nicolae.  
Et tu salve perpetuum.  
Salve tantundem mi Petre.  
Idem tibi reprecor.

### BENE PRECANDI FORMVLÆ.

Et bene precari salutationis genus est.

Connivit

## CONVIVIS.

Sit fœlix conuiuium.  
Bene sit uniuerso cœtui.  
Pecor omnia lœta omnibus uobis.  
Deus bene fortunet uestrum conuiuium.

## STERNTANTI.

Sit faustum & fœlix.  
Seruet te Deus. Sit salutiferum.  
Bene uerat Deus.

## AVSPICANDI QVIPPIAM.

Sit fœlix & faustum reipublicæ.  
Bono sit omnibus, quod instituis.  
Bene uerat Deus quod agis.  
Bene fortunet Christus Opt. Maxi. quod in manibus est.  
Faucent superi tuis conatibus.  
Fœliciter cedat, quod instituisti.  
Prospere succedat, quod auspicatus es.  
Bonis auibus coepulares, melioribus excat.

## PROFICISCENTI QVOPIAM.

Pecor ut bonis auibus hinc abcas, melioribus redeas.  
Opto tibi fœliam cursum, & recursum fœliciores.  
Sit iter lœtum, redditus latior.  
Bonis auspicijs soluas ancoram.  
Utinam ista profectio succedat tibi ex animi sententia.  
Sospitet te Iesus Opt. Max.

**S**uperi propitijs, te nobis incolumem resūtant.  
**S**eruet te Deus, animæ meæ dimidium.  
**O**pto tibi redditum incolumem.

### RESPONSIO.

**M**aximas tibi gratias ago.  
**P**recor tibi uicissim omnia leta.  
**S**eruet te Deus interim quoq; incolumem.  
**F**axit Deus, ut omnia utrinq; cedant ex sententia.

### VALEDICENDI.

**B**ene uale.  
**V**alete omnes.  
**C**ura ut quam rectissime ualeas.  
**V**aletudinem tuam cura diligenter.  
**V**ale quam optime.  
**V**ale in crastinum.  
**I**n hoc biduum uale.  
**C**ura, ut sit mens sana in corpore sano.

### RESPONSIO.

**D**abitur quidem opera.  
**V**alebis tu quoq;  
**E**t tu fac ualeas.  
**T**ibi uicissim precor prosperam ualetudinem.  
**F**axint superi, ut aliquando rediens incolumis, nos incolumes offendam.

• IN DIGRESSV.

Quò tu nunc abiss?

Quò uadiss?

Quò noster Leonhardes?

Quò te confers?

Quò se nunc proripit ille?

Quò te Moeri pedes? Quò properas?

Quò nam hinc abiturus es?

Quò nunc iter es?

R E S P O N S I O.

Confero me domum.

Recipio me ad patriam.

Eo in scholam.

Ibo hinc ad forum empturus panem, papyrum.

Rus hinc concedo.

Eo ad macellum, allaturus obsonia.

Ex consilio parentum meorum Vuitenbergam profici  
scor, ad ampliorem ingenij cultum capiendum.

Propediem ut à patre percepī, hinc abiturus sum.

Commigraturus sum Norimbergam, Basileam, Lutetiam.

S A L V T A R E P E R A L I V M.

Frobenium iubebis meo nomine saluere.

Erasmolum mea causa salutabis diligenter.

Matri quam potes officiosissime ex me salutem dicito.

Dic me omnibus omnia leta praecari.

Salutabis mihi sodalitatem diligenter.

Amicos omnes meis uerbis salutato.

A ♫

Fratrē

**F**ratri ex me salutem dico.  
Saluta omnes qui de me percontabuntur.

**R E S P O N S I O .**

**F**aciam diligenter ac sedulo.  
**C**urabo.      **F**iet.      **D**abo operam.  
**E**ffectum reddam.      **C**urabitur.

**B E N E P R E C A N D I   C O N-**  
trahendi.

**P**recor ut hic contractus commodo bonoq; sit utriq;  
**P**recor ut hoc matrimonii uoluptati sit omnibus uobis.  
**V**trig; uestrum faustum fœlixq; sit precor.  
**A**dsit Deus.

**I N   N O V I   A N N I   I N I T I O .**

**P**recor ut hic annus tibi letis auspicijs ineat, lætioribus  
procedat, lætiſſimis exeat, ac ſepius recurrat semper  
fœlicior.

**I N   E X O R T V   D I E I .**

**P**recor ut hic dies tibi candidus illuxerit.  
**P**recor ut hic sol tibi fœlix surrexerit.  
Sit fœlix exortus diei.  
Bonus dies.  
Opto tibi bonum diem.  
Proſper ſit tibi hic dies.

**R E S P O N S I O .**

**S**it

Sit utriq; nostrum prosperrimus.

Habeo gratiam.

Idem tibi reprecor.

Gratia Deo.

Ego tibi uiciſſim multa ſecula fœliciſſima precor.

Amo te.

Cupio quæ uis, omnia.

Amandus es.

Benigne dicis.

Comis es.

## INSTANTE NOCTE.

Opto tibi noctem proſperam.

Precor tibi noctem plaſidam.

Contingat tibi fœlix ſomnus,

Det tibi Deus plaſidam quietem.

Sit tibi fauſta nox.

Fauſtam degas noctem.

## RESPONSIO.

At ego tibi pro una fauſta, mille precor fauſtiſſimæ.

Tantundem tibi reprecor.

Tibi uiciſſim precor quietem placidam.

## FORMVLÆ PETENDI

quippiam à Praeceptore.

Obſeruande præceptor, liceat mihi pace tua, hoc die ab-  
ſeſſe ſchola.

Amantiſſime Praeceptor, fac mihi potestatem abeundi  
domum.

A s Licea

Liceat mihi consensu tuo exire ad exonerandum aluum.  
Fac mihi copiam excundi ut reddam urinam.  
Liceat mihi permisso tuo exire ad exonerandum uesciā.  
Pecor ut sit mihi facultas hoc die laborandi in agro,  
prato.

Abeundum est mihi rus ex iussu parentis, pecor ut id  
fiat pace tua.

Auocor hinc, praeceptor obseruandissime, serijs partium  
meorum literis, eam ob rem quam possum amanter  
te oro, ut hinc migrandi potestatem mihi concedas.

Quod me primum in tuam disciplinam humanissime  
recipere dignatus es, deinde, ex quo scholæ tuae sectator  
fui, et fideliter et accurate tam literis bonis quam re-  
ctis moribus expolire studiasti, gratias tibi immortales  
ago.

Humanissime uir, Ego à parentibus meis missus, et  
ludi tui fama excitus, huc appuli, ad uberiorem ingenio  
li mei eruditionem comparandam, quare tuam humanis-  
tatem amanter rogo, ut me in tuorum gregem recipere  
digneris. Do fidem, me in omnibus quod rectum erit,  
quodque tu iusseris facturum.

## INFANTVLI DICVNT.

Præceptor peto ue- { Domum.  
miam excundi. } Emptum, papyrus, pa-  
nem, cacatum, mi-  
ctum.

Excis

## EXCIPIENDI FORA

mulæ reducem.

Gratulor tibi aduentum.

Bene factum quod uenisti.

Aduentus tuus saluus, est mihi gratissimus.

Saluum te aduenisse gadeo.

Gadeo te aduenisse.

Gratulor mihi quod' aduenisti.

Sospitem te adesse uolupce est.

Gratulamur tibi foelicem redditum.

## RESPONSIO.

Gratias tibi ago.

Habeo tibi gratiam.

Ego uicissim laetor, quod incolumis uos incolumes offendim.

Gadeo quoq; me saluum inuenire te.

Affectus tuus incolumis, uicissim mihi iucundissimus est.

## PER CONTANDI FORMA

in primo congresu.

Georgius. Luiinus.

GE. Ex qua tandem cortice, aut cauea nobis ades? LI.

Quid ita? GE. Quia male saginatus. Quia macie pellues

ces totus, ariditate crepitas. Vnde prodiss? LI. E colle-

gio mōtis acuti. GE. Ergo ades nobis onustus literis. LI.

Imò pediculis. GE. Pulchre comitatus aduenis. LI.

Sane

Sanè, nec tutum est viatorem nunc ire incomitatum.  
GE. Agnosco sodalicium scholasticum. Ecquid nouarū  
rerum aduersa è Lutetia? **LIV.** Illud in primis, quod  
sāo, tibi uidetur in credibile, Lutetiæ Beta sapit, et Quer-  
cus conaonatur. **GEO.** Quid tu narras? **LI.** Hoc  
quod audis. **GE.** Quid ego audio? **LI.** Hoc quod  
narro. **GE.** Monstri simile. Oportet illic fungos &  
lapides esse auditores, ubi tales conaonentur. **LVI.**  
Atqui sic res habet. Nec audita narro, sed comperta.  
**GE.** Oportet illic plurimum sapere homines, si sapit  
Beta & Quercus. **LI.** Recte coniectas, **GE.** Vales  
ne? **LI.** Contemplare uultum. **GEO.** Quin magis  
lotium iubes? An me putas medicum? Non rogo quid  
ualeas, nam facies loquitur te belle ualere, sed quomodo  
tibi placas. **LI.** Corpus quidem belle habet, sed animo  
male est. **GE.** At non ualeat, qui istac parte laborat.  
**LI.** Sic res habent meæ, corpus ualeat, sed ægrotat cui  
mena. **GE.** Fadle isti morbo medebitur mater.

## PERCONTANDI DE VA-

letudine. Formule.

- |  |                       |
|--|-----------------------|
| Vt ualueristi usq;?                    | Quomodo tandem uales? |
| Vt uales?                              | Quomodo tecum agitur? |
| Satin recte uales?                     | Vt se res habent tuæ? |
| Salua ne res?                          | Satin salua res?      |
| Quid sit?                              | Quid agitur?          |
| Fuisti ne semper prospera ualestudine? |                       |
| Valaisti ne ex sententiæ?              |                       |
| Ecquid uales?                          |                       |

Respon-

## RESPONSI O.

Dei gratia bene ualeo.

Fæliciter ualeo. Optime ualeo, belle, recte, gratia supe-

Ego Dei beneficium perpetuo bellissime ualui. (ris.

Semper prospera uetus sum ualetudine.

Hactenus bona ualetudine sui.

Varie. ut sunt res mortalium,

Prosperrima, fausta, incolumi, fœlici.

Secunda, prospera, integra, Basilica, Athletica, Pancratia, semper sui ualetudine.

## GRATVLATIO DE bona ualetudine.

Liuinus. Georgius.

LIVI. Faxint superi ut isthuc sit perpetuum, ac prouer-  
rium. Lætus istud audio.

Voluptatem mihi nuncias.

Est isthuc mihi auditu perquam iucundum.

Sermonem istum audire ex te uehementer gaudeo.

Isthuc haud inuitus audio.

Oppido lætor isthuc audire ex te.

Vt idem semper facias opto.

Tibi gratulor, mihi gaudeo.

Gratia superis. Gratiam habeo superis.

## ALIA.

GEOR. Quo pacto uales?

## RESPONSI O.

LII

**L I.** Recte, pulchre, belle, perbelle, bellissime, per-  
pulchre, fœliciter, commode, minime male. Ex animi sē-  
tentia.

Valeo ut uolo, potius quam ut mereor, Basilice, Pancra-  
tice, Athletice. GE. Expectabam ut dices etiam ta-  
rice. Quid sit? Quid agitur? L I. Evidem nihil ago.  
Otium ago. Id quod uides ago, nempe nihil.  
Sedetur, Statur, Legitur, Scribitur.  
Nihil fit. Parum agitur.

### MALE VALERE FORMVLÆ

Non admodum ex sententia ualeo.

Vt cunq; ualeo. Sic satis.

Vt possum quando ut uolo non licet.

Vt soleo. Ita ut superis uisum est.

Secus quam uellem.

Vt solent quibus cum medicis res est.

Haud sane commoda sum ualeudine, incommoda, peri-  
quam incomoda, infœlici, aduersa, parum prospera,  
paru secunda, mala, infausta, imbecilli, dubia, mediocri,  
alia quam uellem.

Qualem opto hostibus meis.

### CONDOLENDI FORMVLÆ.

Rem mihi sane quam acerbam narras.

Vehementer doleo uicem tuam.

Dolet mihi infortunium tuum.

Sane iniutus isthuc ex te audio.

Prohibeant superi. Auertat Deus.  
Bona uerba quæso.  
Hic cuiquam te uanum asse.

### CONSOLANDI FORMVLÆ.

Bono sis animo oportet.  
Forti infraetq; sis animo.  
Quando superis ita uisum est, æquo animo ferendum  
quod sors fert.  
Ferendum est non culpandum quod mutari non potest.  
Fulciendus interim est animus spe melioris fortunæ.  
Multum iuuat animus, in re mala, bonus.

### QVID MORBI E S T.

Formule.

Quod mali genus est?  
Quis te morbus habet?  
Quo morbo teneris?  
Quid morbi est?  
Quid habes morbis?  
Quis te tenet morbus?  
Num hydrops est? Num dysenteria?  
Num febris? Ad sanitatem gradus est nouisse morbum.

### R E S P O N S I O.

Nescio, et hoc labore periculosis.  
Negant esse febrim. Non est hydrops.  
Opinor febris esse speciem.

De

## DE MORBO LATIUS

percontandi, Formule.

Quampridem te habet hoc malis?  
Diu est quo teneris hoc morbos?  
Quantum temporis est, quod te hoc malum corripuit?  
Quamdiu laborasti illo morbos?  
Quoto die recurrit dolor?

## RESPONSIO.

Dies plus minus uiginti.

Fermè mensis est. Iam tertius mensis est.  
Mihi seculum uidetur. Quotidie recurrit.  
Sæpius quam Euripus.

## VNDE CONTRAXISTIS

Formule.

Vnde suspicaris hoc collectum esse malis?  
Qua ex causa arbitraris te in illum incidisse morbum?  
Vnde illum ortum tibi esse morbum censes?

## RESPONSIO.

Ex media. Ex frigore natum arbitror.

Ex putribus ouis morbum ortum suspicor.

Ex uino plus satis diluto.

Ex crudis malis contracta est stomachi cruditas:

Ex potatione largiore.

Ex immodico & intempestivo studio hoc conaliatum  
uidetur morbi.

Geor

GE. Quid accersis medicum? LI. Timeo ne atius  
morbum augeat, quam adiuuat. Metuo ne pro remedio  
det uenenum. GE. Deligendus est igitur cui tuto fi-  
das. LI. Si moriendum est, malo semel mori, quam  
tot pharmaca exarnificatus. GE O. Fac igitur ut  
ipse tibi sis medicus. Si diffialis homini medico, precor  
ut sit tibi media uice Deus. Nullos ne consulueris medicos?  
LI. Et quidem permultos. GE. Quid respondenter?  
LI. Id quod aduocati Demiphoni apud Comicum.  
Alius negat, alius ait, alius deliberandum censet, in hoc  
consentient omnes, me miserum esse. GE. Sospitet te  
Christus Opt. Max. Precor ut diuina beneficentia nobis  
quam primum restituari in columis. Faxint super ita  
pristinam recipias ualeitudinem quam celerrime. Com-  
mendo te Christo medicorum optimo, is faxit ut quam  
primum conualescas. Iam me tempus alio uocat, uale  
quam optime.

## DE CONVIVIS INVITANDIS.

### PETRVS. CHRISTOPHORVS.

PET. Cœnabis hodie domi? CH. Foris cœnaturus  
sum. Foris cœnandum est mihi. PET. Apud quem?  
CH. Apud sacerdotum meum, apud generum, apud nu-  
rum meam, apud affinem meum. PET. In crafstium te  
ad cœnam uoco. Cras ut mcccum cœnes oro. Cras me-  
cum prandeas rogo. Cras te conuiuam mihi uolo.  
CH. At uereor ne non licuerit. Ut possim metuo. Ve-

niam siquidem liabit, at metuo ne non quodam. P E T.  
Cur non liabit? Quid sicut? Quid ita? Quam obrem?  
Quo pacto? Quid caisse? Quid obsteterit quo minus  
possis? C H. Tum quidem domi manendum mihi est,  
Ut domi nocte sim, necesse est. Tum certe foris esse non  
licet. Cras mihi quoquam ire foras, liberum non erit.  
P E. Vel perendie apud me sis oportet. Saltem peren-  
dino die ad coenam uenias necesse est. Quarto ab hinc  
die non grauaberis te mihi præbere conuiuam. Die Io-  
uis proximo non potes effugere quin uenias. C H.  
Promittere certo nequeo. Veniam ubi utriq; nostrum  
uidebitur commodissimum. Veniam quidem, at hac le-  
ge, ut tu postridie huius diei uicissim apud me coenes.  
Faciam eo quidem pacto, ut tu deinde mihi quoq; sis  
conuiuā.

Spondeo futurum. Reapio me facturum. Do fidem  
futurum, hac quidem conditione, ut tu mecum postridie  
prandeas. P E. Age fiat. Esto. Sit ita. Ut uis. Si illi-  
bus faciam. C H. Ego instructus accedam. Ego mu-  
nitus ueniam. Instructus multa fame accedam. Tu uide  
ut Vulturem expleueris. Parabo uentrem, ac dentes  
exacuam, tu uide quibus modis lupum exatures. P E.  
Age, ad hoc certamen te prouoco. Age, fac pro uiribus,  
pro uirili, si quid potes. C H. Veniam, sed non inco-  
mitatus. P E. Tanto uenies gravior, sed quo comite  
uenies? C H. Umbra. P E. Nec secus possis si modo  
luce uenies. C H. Sed umbram adducturus sum denta-  
tam, unam atq; alteram, ne tu me uocaris impune,

P E.

P E. Age ut libet, modo ne laruas adducas. Sed exa  
plana, si libet, quid sibi uelit umbræ uocabulum. C H.  
Apud eruditos umbræ uocantur, qui ipsi non uocati co-  
mitantur eum, qui uocatus est ad conuiuium. P E. Ta-  
lium umbrarum adduc quantum uoles. Age, at caue ne  
me luseris. Caue fallas. Caue spem frustra foueam. Ca-  
ue mihi uerba dederis. Vide ne me uana spe lactes.  
C H. Nihil opus iureiurando, in cæteris, in alijs time  
perfidiam, hac in re non fallam. Sed heus tu, caue ne quic  
quam paraueris præter quotidiana mea causa, diem fe-  
stum nolo. Sas me conuiuam minime edacem, bibacem  
multo minus. Nostri enim me conuiuam non multi abi,  
sed iōā plurimi. P E. Curabitur diligenter. Ego te  
Pythagorica cœna exāpiam, aut fortasse frugaliore.

C H. Imò Diogenia, si me delectare uoles. P E.  
Certe Platonica cœna te acāpiam, in qua multum sit lité-  
rarum fabularum, abi minimum, cuius uoluptas duret  
etiam in posterum diem. C H. Placet, fiat ut mones.  
P E. Tu uide, omnes curas tuas ac rugas etiam istas do-  
mi relinquas. Huc præter nugas & risum nihil adferas.  
C H. Ita fiet, exporrigemus frontem, bellos hominæ  
los agemus. Ridebitus affatim, curabimus cutem, in-  
dulgebimus genio.

Epiatreos agemus, uocabis me per puerum tuum,  
ubi uoles domi ero, Bene uale.

## DE CVLTV CORPORIS,

Versiculi ex Ouidio.

Mundiæ placeant, fuscæntur corpora campo,  
Sit bene conueniens, & sine labe toga.  
Linguaq; nec rigeat, careant rubigine dentes,  
Nec uagus in laxa pes tibi pelle natet.  
Nec male deformet, rigidos tonsura capillos,  
Sit coma, sit docta barba resecta manu.  
Et nihil emineat, & sint sine sordibus unguis,  
Inq; caua nullus stet tibi nare pilus.  
Carpe abos digitis, est quidam gestus edendi,  
Ora nec immunda tota perunge manu.  
Nœue diu præsume dapes, sed desine atria  
Quam cupias, paulò quam potes esse minus.

## CVRA ET MORES MENSÆ.

Puer in sterne mensam, Est enim tempus prandij, uel  
prandio.  
Hora est coenandi, uel coenæ.  
Expande primum igitur in mensa mappam mensalem.  
Hinc panes mensæ imponito.  
Postea affer orbes. Porridge cultros.  
Adpone salinum, & corbem coclaream.  
Apta arculum. Elue calices. Da mappas manuarias, &  
in patina aquam recentem ad lauandas manus.  
Aut ministra aquam ex gutto, limteo ex humeris suspensi  
so,

so, dum omnes lauerint. Hinc disambentibus coniuuiis,  
affer è culma epulas. Apposito abo stans uereande &  
honeste complicatis manibus ante mensam, fungere tuo  
officio & consecra cœnam, uel prandium.

CONSECRATIO MENSÆ  
Versiculis per Philip. Melanch.

His epulis donisq; tuis benedicto Christe,  
Ut soueant iussu corpora fessa tuo.  
Non alit in fragili panis modo corpore uitam,  
Sermo tuus uitæ tempora longa facit.

ALIA EX PSALMO.

Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis  
escam ipsorum in tempore oportuno. Aperis tu ma-  
num tuam, & imples omne animal benedictione.  
Kyrieleeson, Christeleeson, Kyrieleeson. Pater no-  
ster &c. Oremus. Benedic nos Domine Deus pater  
noster coelestis, & haec dona quæ de tua largitate sumi-  
mus, Per Iesum Christum Dominum nostrum, Amen.

ALIA ERASMI.

Quicquid appositum est, & quicquid apponetur,  
fælix ac sacrum esse iubeat, qui sua benignitate pasat  
uniuersa. Amen.

ALIA HERMANNI BUSCHII.

**Quæ nunc sumemus membris alimenta ceducis,  
Hæc Deus imperio sint benedicta tuo.**

Post hæc, si ministerio tuo opus est, fac sedulus sis  
apud mensam. Erectus & uerecundus ad mensam stilo.  
Vultu modesto, non pudice ad mensam uerfa.  
Oculos non hinc inde conijcas, sed mensæ aduertito. Di-  
ligenter animaduerte, si quid desit in mensa, utpote,  
panes, potus.

**Epulae, Orbes, Quadræ.**

Si quid erit adferendum, id expeditius agas, ne mora-  
ris eundo.

Breuiter, ad omnia promptus, faalis, hilaris, & para-  
tus esto.

Vbi uero ministerio tuo opus non fuerit, & disauen-  
dum tibi sit, fac primum,

Vngues purgatas habeas.

Hinc manus laues.

Post consecrationem autem mensæ decenter accumbe.

Erectus sede.

Cubito ne te fuldas.

Nec pandas brachia.

Primus ne esto esu.

Cibos carpe digitis, nec conde uola.

Proxima te cape.

In orbe nemorare.

Nec mande auide.

Nec primus bibe. Non bibe auide.

Bibiturus os terge, non manu, sed mappula.  
Alios ne inspiato.  
Morsa ne redintinge.  
Nec linge digitos.  
Nec ossa rode.  
Quæq; sande altra.  
Os non perungas.  
Nares ne fode.  
Digitos sæpe terge.  
Non rogatus tace.  
Quod satis est ede.  
Cum satur es surge.  
Rursus manus laua:  
Mensalia tolle.  
Reliquias & fragmenta diligenter collige.  
Quæq; in suum locum repone.  
Hinc Deo gratias age.

GRATIARVM MACTIO POST  
mensam, Versiculis per Philip. Melan.

Postquam epulis exempta fames mensæq; remote,  
Dicemus grates nos tibi summe pater.  
Non hæc humanas uires alimenta iuuabunt,  
Diuina si non hæ foueantur ope.  
Namq; tuo uiuunt agitata à numine aucta,  
Afflato spirant aucta, ualentq; tuo.

Nunc etiam gratis animis alimenta ministra,  
Atq; immortali pectora pasce abo.  
Et quia cura sumus tua nos pater optime serua,  
Et studia & uitæ tempora cuncta rege.  
Cumq; epulas dederis rerum pater optime nobis,  
Adde epulis uires pro bonitate tua.

### ALIA EX PSALMO.

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in  
æternum misericordia eius. Qui dat escam omni ar-  
ni. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruo-  
rum inuocantibus cum. Non in fortitudine equi uolunta-  
tem habebit, neq; in tibiis uiri beneplacatum erit ei. Be-  
neplacatum est Domino super timentes eum, & in eis  
qui sperant super misericordia eius. Gloria patri &  
filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc  
& semper, & in secula seculorum, Amen. Kyrieley-  
son, Christeleyson, Kyrieleyson. Pater noster qui es  
in cœlis &c.

Gratias agimus tibi Domine Deus pater noster cœ-  
lestis, per Iesum Christum Dominum nostrum, pro uni-  
uersis donis ac beneficijs tuis, qui uiuis & regnas Deus,  
per omnia secula seculorum, Amen.

### ALIA.

Qui nos creauit, redemit & pauit, benedictus sit in  
æternum, Amen.

alia

### ALIA.

Quod sumus utilibus dapibus potuq; refecti,  
Laus tibi pro donis sit Deus almæ tuis.

### CVM ADFERS POTVM, consecrandi formulæ.

Ecce uinum.

Hoc uinum uobis faustum fit.

Hoc uinum lœti bibite.

Cereuisia hæc saluti sit uobis omnibus.

Bono sit potus iste.

### RESPONSIO.

Agimus tibi gratias.

Gratias Deo.      Adsit Deus.

### PROPINANDI FORMVLÆ.

Ebibeatis ordine suum quisq; calicem,

Ego tibi hoc primum propino Mida.

Tu deinde

cæteris propina.

Præbibo tibi dimidiatum cyphum.

### RESPONSIO:

Acäpio abs te libenter.

Equidem nihil reausabo

Profit tibi.

Nihil tua causa reausabo.

Sit saluti.

B s

Precor

Precor ut sit tibi bono.  
Sit tibi bonum atq; commodum.

GRATIAS AGENDI  
conuiuis, Formulæ.

Habeo uobis hospites candidissimi gratiam, qui ad hoc  
conuiuolum uenire dignati fitis.  
Gratiam habeo, qui dignatus sis nostro adesse conuiuio.  
Ego habeo uobis gratiam, quod nostram exilitatem bo-  
ni consulitis.

R E S P O N S I O :

Ego pariter tibi & meo & aliorum nomine gratias  
ago, quod tua humanitate ad hoc conuiuum, longe suau-  
issimum nos uocaris.  
Valete sodales optimi.  
Bibite non segniter, & uiuite suauiter.

PER CONTANDI RE-  
ducem, Formule.

GEORGIVS, LIVINV S.

G E O. Fuit ne hoc iter tibi faustum & commodum?  
L I. Sic satis, nisi quod nihil usquam tutum est à latro-  
nibus. G E. Hic est belli ludus. L I. Est, sed se-  
leratissimus. G E. Pedes aduenis, an eques? L I.  
Partim pedestri itinere, partim uehiculo, partim equo,  
par-

partim nauigio. G E. Tuæ res quo tandem in statu sunt? L I. In optimo, fœlia, mediocri, tolerabili. G E. Quo pacto se res habent tuæ? num ex uoto? L I. Imò supra uotum, supra meritum, supra spcm. G E. Satin ex sententia? Satin salua omnia? Satis ne prospера omnia? L I. Res in peiore statu esse non potest. Peiore in loco negotium non potest esse. G E. Non cœpisti igitur quod captabas? Non contigit præda quam uenabaris? L I. Venabar equidem, sed irata Delia. G E. Nil reliquum est spei? L I. Spei permultum, sed rei nihil. G E. Episcopus nihil ostendit spei? L I. Tota plaustra, totas naues, sed præterea nihil. G E. Nihil adhuc misit. L I. Promisit quidem largiter, sed ne Teruntium quidem misit. G E. Ergo spe alendus est animus. L I. Sed hac non saginatur uenter. Qui spe aluntur, pendent, nō uiuunt. G E. Sed hoc eras ad iter expeditior, quod nihil esset oneris in zona. L I. Fateor, atq; etiam tutior. Nulla enim sunt arma certiora aduersus latrones. Sed ego malim & onus & periculum. G E. Nihil ne tibi ademptum est in uia? L I. Mihi ne? Quid queso eripias nudo? Alijs citius periculum erat à me. Lixuit mihi uacuo uiatori per totum iter canere & esurire. Nunquid uiss? G E. Quo nunc hinc abis? L I. Rectâ domum salutatus penates, iam diu non uisos. G E. Precor, ut illic omnia offendas leta. L I. Vtnam id uelint superi.

Aliud

ALIA.

M A V R I T I V S , C I P R I A N V S .

M A V . Redisti nobis obesior solito . Redisti proæ-  
rior . C I . At equidem mallem prudentior , aut do-  
cior . M A V . Imberbis abieras , redisti barbatus .  
Contraxisti tibi absens nonnihil senij . Quid sibi vult  
hic pallor ? Quid mæces ? Quid frons caperata ?  
C I . Ut est fortuna , sic est corporis habitus . Num ad-  
uersa ? Nunquam quidem mihi alias secundis , sed nunquam  
nunc odiosus reflauit . M A . Doleo uicem  
tuam . Dolet mihi tua calamitas . Sed quid isthuc mali  
est ? C I . Vniuersæ pecuniae naufragium feci . M A .  
In mari ? C I . Non , sed in litore , nondum nauem in-  
gressus . M A . Vbi nunc ? C I . In litore Britan-  
nico . M A . Bene habet , quod ipse nobis uiuus enati-  
sti . Præstat pecuniae iacturam facere quam uitæ . Leuius  
est pecuniae dissipendum quam famæ . C I . Vita famaque  
incolumi periret pecunia . M A . Vita sarari nullo  
pacto potest , fama ægre potest , pecunia facile alicunde  
sarcietur . Qui malum hoc accedit ? C I P . Nessio , nisi  
quod sic erat in fatis meis . Sic uisum est superis . Sic  
libuit genio meo malo . M A . Vides igitur doctri-  
nam ac uirtutem tutissimas esse diuitias , quæ nec eripi  
possunt , nec grauant circumferentem . C I P . Pul-  
chre tu quidem philosopharis , sed interim ego ringor .

Aliud

ALIA.

CLAVDIUS, BALVUS.

CLAV. Gratulor tibi reduci Balbe. BAL. Et ego  
tibi superstiti Claudi. CLAV. Gratulor tibi in pa-  
triam reuerso. BAL. Imò gratulare magis è Gallia  
profugo. CLAV. Quid ita? BAL. Quia illuc bellis  
feruent omnia. CLAV. Quid Musis cum Martes  
BAL. Atqui illuc ne Musis quidem paratur. CLAV.  
Tu igitur fœliater elapsus es. BAL. At non sine peri-  
culo. CLAV. Totus alius nobis redisti. BAL.  
Quis sic? CLAV. Ex Hollando uersus es in Gallum.  
BAL. Quid? an caput eram cum hinc abirem? CLA.  
Vestis indicat te mutatum esse ex Batauo in Gallum.  
BAL. Hanc Metamorphosim malim quam Gallinam:  
Sed ut aualla non facit monachum, ita nec uestis Gallum.  
CLAV. Iam ne calles Gallicæ? BAL. Sic satis. CLA.  
Quo pacto didicisti? BAL. A magistris haud quaquam  
mutis. CLAV. Quibus? BAL. A mulierculis quo quis  
turture loquacioribus. CLAV. In tali ludo faale di-  
samus loqui. Sonas ne probe sermonem Gallicum?  
BAL. Imò et latinum sono Gallicæ. CLAV. Nun-  
quam igitur scribes bona carmina. BAL. Quur ita?  
CLA. Quia perijt tibi syllabarum quantitas? BAL.  
Mihi satis est qualitas. CLAV. Quid? Est ne Lute-  
ria immunis à pestilentia? BAL. Non est, sed per-  
petua non est, aliquando remittit se, mox recrudescat,  
non

nonnunquam intermititur, deinde reāpit sese. CLA.  
Non sat erat malorum, ubi bellum est? BAL. Erat,  
nisi secaus esset uisum superis. CLAV. Annone cari-  
tatem isthic esse oportet. BAL. Imò penuriam.  
Omnium rerum illic inopia est, præter quām sceleratorū  
militum. Bonorum uirorum illic est mira uilitas. CLA.  
Quid accedit Gallis ut bellum suscipiant cum Aquila?  
BAL. Quia mouet illos exemplum Scarabæi, qui non  
cessit Aquilæ. In bello nemo non sibi uidetur Hera-  
les. CLA. Non te remorabor diutius. Alias latius  
nugabimur, quum erit utriq; commodum. Nunc aliò me  
uocant negotiola quædam.

DOMESTICA CONFABVLATIO.  
PETRVS, MIDA, PVER, IODOCVS.

PET. Heus heus puer, nemon' huc prodit? MID.  
Hic opinor effringet fores. Familiarem oportet esse. O  
lepidum caput. Quid aduers mihi Petre? PET. Me  
ipsum. MI. Næ tu rem haud magni precij huc attu-  
listi. PET. Atqui magno constitit patri meo, MID.  
Credo, pluris quām reuendi possit. PE. Sed Iodo-  
cias est ne domi? MIDA. Incertus sum, sed uisam.  
Quin tu potius abi, & roga ipsum an uelit nunc esse do-  
mi. Abi tu potius, sisq; tibi ipsi Mercurius. PE. Heus  
Iodoæ, num es domi? IODO. Non sum. PE. Impu-  
dens, non ego audio te loquentem? IO. Imò tu impuden-  
tior. Nuper anallæ tuæ credidi te non esse domi, & tu

non

non credis mihi ipsis? PET. E quum dicis, Par par  
relatum. IO. Evidem ut non omnibus dormio, ita  
non omnibus sum domi, tibi posthac semper ero. PE.  
Sed tu mihi uidere Cochleæ uitam agere. IODO. Qui  
sic? PET. Quia perpetuo domi latitas, nec usquam  
prorepis. Non secus atq; claudus futor, iugiter domi de  
sides. Tu tibi domi situm contrahis. IOD. Est quod  
agam domi, foris nihil est negotij. Et si quid esset, tamen  
hoc cœlum, me dies aliquot à publico cohibusset. PE.  
At uunc sudum est, & inuitat ad deambulandum. Vide  
ut blanditur. IO. Si prodeambulare lubet, non re=  
cuso. PET. Plane uidetur hoc utendum cœlo. IO.  
Ascendus est unus aut alter congerro. PET. Fiet,  
modo dicas, quos uelis. IODO. Quid si Hugonem?  
PE. Haud multum interest inter Hugonem & Hugo=  
nem. IODO. Age placet. PE. Quid si Alara=  
dum? IO. Homo minime mutus est, quod auribus di=  
minutum est, lingua pensat. PET. Si uidetur Ne=  
uium adiungemus. IO. Siquidem dabitur illius co=  
pia, nunquam erit fabularum inopia. Placent confabula=  
nes, superest ut locum despicias amœnum. PE. Ego  
uero tibi locum ostendam, ubi nec nemoris umbram, nec  
pratorum Smaragdinum uiorem, nec fontium uiuas sa=  
tebras desiderabis. Dicēs dignam Musis sedem. IOD.  
Magnificæ pollicaris. PET. Nium affixus es li=  
bris. Nium aſides libris. Immodico studio te mœ=  
ras. IOD. Malim studio macrescere quam amo=  
re. PET. At non ideo uiuimus, ut ſtudeamus, ſed ideo  
ſtude=

studemus, ut suauiter uiuamus. IODO. Mihi uero uel  
immori chartis dulce est. PET. Ego dem immorari  
probo, immori non probo. Ecquid uoluptati fuit haec de-  
ambulatio? IODO. Me quidem uehementer oblectauit.

### ALIA.

### ÆGIDIUS, LEONHARDVS.

ÆGI. Quo noster Leonhardus? LEO. Ad te ibam.  
ÆGI. Istud quidem facis insolens. LEO. Quamob-  
rem? ÆGI. Quia iam annus est quod nos non uise-  
ris. LEO. Malo in hanc peccare partem ut desiderer,  
quam ut obtundam. ÆGI. Imò boni amici nulla est  
apud me facetas. Imò quo crebrius uenies, hoc mihi uen-  
ies gratior. LEO. Quid interim agitur domi tua?  
ÆGI. Multa sane quæ nolim. LEO. Non miror. Sed  
quid rerum gerunt filii? ÆGI. Natu maximus iam  
dudum maritus est, breui pater futurus. Minimum able-  
gauit Lutetiā. Nam hic nihil aliud quam ludebat. LEO.  
Quid eos? ÆGI. Ut magister nobis redeat stultior  
quam exierat. LEO. Bona uerba. ÆGI. Medi-  
us iam incœpit initiari sacris. LEON. Precor ut be-  
ne uertat omnibus.

### ALIA.

### MOPSVS DROMO.

Mop.

M O. Quid fit? Quid agitur Dromo? D R O. Sede= tur. M O P. Video, Sed quomodo se res habent tuæ? D R O. Ut solent ijs quibus superi sunt parum propitij. M O. Isti huc ominis auertat Deus. Quid agis? D R O. Evidem otium ago. Id quod uides nimurum nihil.

M O. Præstat otiosum esse, quam nihil agere, ego te for=taſſis occupatum ſerijs negotijs inter pello. D R O. Imò maxime uacuum. Iam enim me cœperat otij tædium, et congerronem desiderabam. M O. Fortaſſis impedio, interrumpo, interturbo tua negotia. D R O. Imò tædiū otij diſcutis. M O. Da ueniam ſi te parum in tempo= re interpellari. D R O. Imò in ipſo tempore aduenis. Oportune te huic attulisti. Optatus ades. Interuentus tuus eſt mihi uehementer gratus. M O P. Fortaſſis aliquid ſeriae rei inter uos agitur, cui nolim eſſe impedimento.

D R O. Imò lupus (quod aiunt) ades in fabula.

Nam de te ſermo erat. M O. Facile crediderim, nam mihi huic uenienti mire tinniebat auris. D R O. Vtra?

M O. Læua. Vnde conijao nihil magnifice de me fuiffe prædicatum. D R O. Imò nihil non honorificum.

M O P. Vanum igitur fuerit oportet. Sed quid eſt bo=næ rei? D R O. Aiunt te uenatorem eſſe factum.

M O. Imò iam intra casses meos eſt præda, quam uena=bar. D R O. Quænam? M O. Lepida puella, quam

perendie dacturus sum. Vosq; oro, ut meas nuptias ue=stra præſentia dignemini honestare. D R O. Quæ nam eſt ſponsa? M O P. Aloisia Chremetis filia.

D R O. Egregium ſpectatorem formarum. Tuis oculis

adlibuit illa nigro capillito, simis naribus ore prælargo-  
uentre prominulo. M O P. Desinite, mihi eam du-  
xi, non uobis. Non sat est, quod suo Regi pulchra est Re-  
gina. Ita demum mihi illa placebit, si uobis non admo-  
dum placeat.

## ALIA.

### SYRVS, GETHA.

SYR. Opto tibi multam fœliatatem. GET. Et ego  
conduplicatam opto, quicquid optas mihi. SYR.  
Quid agis reis GE. Confabulor. SYR. Quid  
confabulare solus? GE. Ut uides. SYR. For-  
tasse tecum? Proinde tibi uidendum, ut cum homine pro-  
bo fabuleris. GE. Imo cum lepidissimo congerrone  
confabulor. SYR. Quo? GE. Apuleio. SYR.  
Istud quidem nunquam non facis. Sed amant alterna ca-  
mœnæ. Tu perpetuo studes. GE. Non est ulla studioru-  
mum satietas. SY. Verum, sed tamen est modus qui-  
dam. Non omittenda quidem sunt studia, sed tamen in-  
termittenda nonnunquam. Non abicienda sunt, sed re-  
laxanda. Nihil suave quod perpetuum. Voluptates co-  
mendat rarius usus. Tu nihil aliud quam studes. Num  
non studes. Continenter incumbis literis. Indefi-  
nitenter inhæres chartis. Studes noctes & dies. Nullum  
facis studendi finem, neq; modum. GE. Age tuo more  
façs. Rides me, ut soles. Nunc ludes tu quidem me. Salve

me rides. Sat ~~o~~icū agis. Naso me suspendis aduncos.  
Non me fallit tuum scōma. Nunc ludos delitiassq; me  
facis.. Pro delectamento me habes. Nunc planē icō  
mecum agis. Rideor abs te. Eadem opera assue mihi  
auriculas asini. Ipsi codices puluere situq; obducti lo-  
quuntur, quām sun immodicus in studio. SYR.  
Emoriar, ni loquor ex animo. Dispeream, si quid  
fingo. Loquor id quod sentio Quod res est dico.  
Serio loquor. Ex animo loquor. Non secus sentio,  
quām loquor.

CVR NON VISIS NOS,  
Formule.

Quid caussæ est, quod tam diu nos non iniiseris?  
Quid rei est, quod nos tam raro uisis?  
Quare tam rarus es salutator?  
Quid accidit?  
Quid sibi uult?  
Quid obstitit?  
Quo minus feceris nobis tui uidendi copiam?  
Quid impedimento fuit?

NON LICVIT PER  
occupationes,

S Y R. Non licuit per otium.  
Volui quidem, at non licuit mihi per mea negotia.

Hac tenuis non sinebant negotia, ut te uisesem.

Ocupatior fui quam ut potuerim.

Vix ipsi mihi fuit copia mei, præ molestis negotijs.

Non desuit uoluntas, sed uetus necessitas.

Non licuit per ualeudinem.

GE. Evidem accipio tuam excusationem, sed hac lege,  
ne sepius utaris.

Excusatio tua iustior est, quam uellem, si quidem ualeudo  
in causa fuit.

Hac lege mihi purgatus eris, si quod cessatum est, officio  
sarcaas.

Si superiorem cessationem crebra uisitatione penses.

SYR. Amaitia nostra firmior est quam ut sit tam uul-  
garibus officijs alenda. Satis crebro uisit, qui constan-  
ter amat. GE. Male sit istis curis, quæ te nobis adia-  
munt. Quid imprecor istis negotijs, quæ talem ami-  
cam nobis inuident. Pessime sit isti febri, quæ nos  
tam graui desiderio torcit tui, Male pereat ista fe-  
bris, te incolumi.

## MANDANDI AC POLLIE cendi, Formule.

### IACOBVS, SAPIDVS.

IACO. Quæso ut res tibi cordi sit. Etiam atq;  
etiam rogo, ut hoc negotium tibi curæ sit. Si me  
amas, causam hanc retractabis diligenter. SAP. De  
sine

sine, ego tibi hoc effectum reddam, & quidem propediem. Curabo diligentius, quam si mea res ageretur. Tu in utramuis dormias aurem, ego tibi hoc conjectum dabo. Tu quietus es, in me rea pio prouinaam omnem. Gaudeo mihi datam occasionem, qua declarem meum in te animum. Evidem oratione nihil pollicor, sed re praestabo, quicquid est amici sinceri, & ex animo benevolentis. Nolim te lactare uana spe.

### S V C C E S S I B V S.

SAP. Res successit opinione melius.

Fortuna uotis utriusq; fuit.

Res tua & uentis & amne secundo processit.

Si fortuna nupsisset, non potuisset esse scandior.

Plus impetraui quam fuisse ausus petere.

Res omnis cedit ex sententia.

Pulchre nobis cedit hæc alca.

Noctua uolauit.

### G R A T I A.

I A. Evidem gratiam habeo, & habiturus sum, quo ad uiuam maximam. Pro isto tuo in me officio pares agere gratias uix possum, referre nequaquam, Amo te plurimum. Et habetur à me tibi gratia, & habebitur semper. Habeo gratiam, quod meum tibi negotium cordi fuit.

Plus tibi debeo, quam ut nunquam soluedo esse possim.  
Arctius me obligasti, quam ut ex diario tuo unquam no-  
men meum expungere queam.  
Hac re me tibi deuinctiorem reddidisti, quam ut unquām  
es alienum persoluere possim.

### R E S P O N S I O.

S A. Aufer ista, maior est nostra necessitudo, quam ut  
uel tu mihi, vel ego tibi proullo officio debeam gratias  
agere. Non contuli in te hoc officium, sed retuli.  
Sibi benefaciat, qui benefaciat amico. Videor mihi bene-  
ficiūm accepisse, quod nostrūm officiūm boni consulis.  
Qui benemeretur de amico, non dat beneficium, sed fac-  
nerat. Si ex animo probas officium in te meum, fac  
sepius utare. Ita credam tibi gratum esse quod feci, si  
quoties desiderabis operam meam non roges, sed impe-  
res quod uoles.

### HERILIA.

### RABINVS, SYRVS.

R A. Heus heus furifer, iam dudum raucesco clamore.  
Nec tu tamen expergisceris, uidere mihi uel cū gliribus  
certare posse. Aut oxyus surge, aut ego tibi siste som-  
num istum excutiam. Quando crapulam hesternam  
edormieris. Non te pudet somnum hominis in mul-  
tam

tum lacem stertere? Qui frugi sunt famuli, solent exortum solis anteuertere, carareq; ut herus surgens reperi at omnia parata. Ut ægre diuellitur à nido tepefacto cculus. Dum salpit caput, dum distendit neruos, dum ositat, tota abit hora. S Y R. Vix dum diluxit.

R A. Credo tibi, nam tuis oculis adhuc multa nox est. Tibi nox adhuc est concubia. S Y R. Quid me iubes facere? RAB. Fac ut luceat foculus, uerre pilium ac pallium. Exterga calceos et crepidas. Inuersas cas ligas primum intus purga scopis, mox foris. Deinde suffitum aliquem facito purgando aéri. Accende lucernam. Muta mihi meum indusum, ac sicca lotum.

SYR. Fiet. R A. Atqui moue te ocyus, iam hæc fecisse oportuit. SYR. Moueo. R A, Video, sed nihil promoues. Ut incedit testudio. SYR. Non possum simul sorbere et flare. R A. Etiam sententias loquaris carnifex. Tolle matulam, compone lecti stragulas, reuolve cortinas. Verre pavimentum. Verre solum cubiculi. Adfer aquam lauandis manibus. Quid cessas asine? Annus est priusquam accedas cadelæ. SY.

Vix reperio scintillam ignis. R A. Sic heri condidisti. SY. Nec follem habeo. R A. Ut respnsat nebulo, quasi qui te habeat careat folle. SY. Quam imperiosum habeo dominum, uix huius iussis decem expeditii famuli, fecerint satis? R A. Quid aiscessores. S Y. Nihil, omnia recte. R A. Nō ego te audio obmurmurantem. SYR. Evidem precor. R A. Credo, pater nosser inuersum, præcationem, opinor, dominicā præposte

re. Quid gannis de imperio. SY. Preco*r* tibi, ut  
fias imperator. RA. Et ego tibi ut fias homo ex cau-  
dice. Sequere me ad templum usq;*;* mox domum rear-  
rito, lectos condannato. Hæc confusa, suo quæq;*;* loco di-  
gerito. Fac ut niteat tota domus. Matulam defrigato.  
Hæc sordida submoueto ab oculis, fortassis inuisent me  
quidam aulici. Si quid sensero prætermissum, uapulabis  
largiter. SY. Hic sane noui benignitatem tuam.  
RA. Proinde caue si sapis. SY. At interim de pran-  
dio nulla mentio. RA. Vah, ut hic mentem habet  
furifer. Non prandeo domi. Itaq;*;* sub horam deamam ad  
me transcurrito, deducturus me eò, ubi sum pransurus.  
SY. Tibi quidem prospectum, sed hic interim nihil est,  
quod edam. RA. Si non est quod edas, est quod esu-  
rias. SY. Nemo fit esuriendo satur. RA. Est  
panis? SY. Est, sed ater & furfuræus. RA.  
Delicias hominis, te quidem foenum esse oportuit, si pa-  
bulum datur te dignum. An postulas ut te asinum tantum  
placentis saginem? si fastidis panem altra obsonium ad-  
de porrum, aut si manis, cepe.

### ALIA.

RA. Est tibi abeundum in forum. SY. Tam pro-  
cul! RA. Non sunt nisi sex passus. Tibi pigro sunt  
bis mille. Consulam autem tuae pigritiae. Eadem lega-  
tione multa conficiens negotia. Tu supputa in digitos, ut  
memineris. Primum deflectes ad uestiarium, ac thora-

ām undulatum, si iam perfectus est, ab eo reāpies.  
Hinc queres Cornelium ueredarium. Is plerumq; est in  
Ceruo, ibi potitat. Rogabis si quid habet literarum ad  
me, & ad quem diem sit profecturus. Deinde conuenē  
ens mercatorem pannarium, rogabis meis uerbis, ne qd<sup>o</sup>  
sollicitus sit, quod pecuniam non miserim ad diem præ=scriptum, numerabitur propediem. SY. Quandoſ ad Calendas Græcas. RA. Rides ganeo, in o ante ex= lendas Martias. In reditu deflectes ad leuam, & ex  
Bibliopolis discas si quid adiectum sit nouorum libello=rum ē Germania. Cognosē qui ſint, et quanti uenales.  
Post hæc rogabis Goclenium, ut mihi dignetur eſſe con=uiua, alioqui coenaturo ſoli. SY. Etiam conuiuas uo=as? Non habes domi unde uel murem paſas. RA.  
Proinde tu confeſtis cæteris, abi ad macellum, & eme no=bis armum ouillum, eum curabis diligenter aſſum. Au=din' hæc? SY. Plura quam uellem. RA. At uia=de ut memineris. SY. Vix potero dimidium. RA.  
Etiam hic ſtas cœſſator? Iam rediſſe opportuit. SYR.  
Quis poſſit unus tot rebus obeundis ſufficiere? Deduco  
ac reduco. Sum illi à ſcopis, à matula, à pedibus, à mani=bus, à poculis, à libellis, à rationibus, à iurgijs, à legati=onibus. Poſtremo non uideor illi ſat occupatus, niſi ſint  
& coquus.

## ALIA.

RA. Profer ocreas, nam equitandum eſt. SY. En,  
C 5 adsunt

adsunt. R.A. Proba quidem abs te curat, tota albente  
filii. Opinor nec extersas, nec unctas hoc anno, adeo ri-  
gent præsiccitate. Exterge subuido panno, mox unge  
ad ignem diligenter, ac macera donec mollescant, SY.  
Curabitur. R.A. Vbi calcariae SY. Adsunt. R.A.  
Verum, sed obducta rubigine. Vbi frenum et Ephip-  
pia? SY. Sunt in promptu. R.A. Vide, ne quid desit,  
aut ne quid ruptum, aut mox rumpendum, ne quid nobis  
sit in mora, cum erimus in cursu. Propera ad sellarium,  
et hoc lorum cura sarcientam. Reuersus inspice sole-  
as, siue calceos equorum, num qui clavi desint aut uacil-  
lent. Quam macilenti sunt equi, quamq; strigosí.  
Quoties abstergas aut pectis illos in annos? SYR.  
Imo quotidie. R.A. Nimirum res ipsa loquitur, ie-  
funtur, opinor, nonnunquam totum triduum. SYR.  
Minime. R.A. Negas tu quidem, sed aliud dicturi  
sunt equi, si loqui liceat. Quanquam satis loquuntur ip-  
sa macie. SY. Curo sedulo. R.A. Cur igitur tu ha-  
bitior equis? SY. Quia non pascor fœno. R.A.  
Hoc igitur restat. Adorna manticam celeriter. SY.  
Fiet.

## MONITORIA.

### PÆDAGOGVS, PVER.

Tu mihi uidere non in aula natus, sed in caula, adeò  
moribus es agrestibus. Puerū ingenuū deœnt ingenui mo-  
res. Quoties alloquitur te quispiam, qui debes honore, co-  
pone

pone te in rectum corporis statum, aperi caput. Vultus  
sit nec tristis, Nec toruus, Nec impudens, Nec propter-  
uus, Nec instabilis. Sed hilari modestia temperatus.  
Oculi uerecundi, semper intenti in eum, cui loqueris, iū-  
eli pedes, quietæ manus. Nec uacilles alternis tibijs.  
Nec sint gesticulosæ manus. Nec mordeto labrum. Nec  
scabito caput. Nec fodito aures. Vestis item ad decorū  
componatur, ut totus cultus, vultus, gestus, et habitus cor-  
poris, ingenuam modestiam, et uerecundam indolem  
præseferat. PVER. Quid si mediter? PÆDA.  
Fac. PVE. Siccine satise? PÆDA. Nondum.  
PVE. Quid si sic? PÆDA. Propemodum'PV.  
Quid si sic. PÆ. Hem, satis est, isti huc tene. Ne sis  
incepte loquax, aut præcep. Nec uagetur animus inter-  
rim, sed sis attentus, quid ille dicat. Si quid erit respon-  
dendum, id facito paucis ac prudenter, subinde præfatus  
honorem, nonnunquam et addito cognomento, honoris  
gratia. Atq; identidem modice flectas alterum genu, præ-  
sertim ubi responsum absoluueris. Nec abeas nisi præfa-  
tus ueniā, aut ab ipso dimissus. Nūc age, specimē aliquod  
huius rei nobis præbe. Quantum temporis absuisti à ma-  
ternis ædibus? PV. Iam fermè sex menses. PÆ.  
Addendum erat Domine. PV. Iam sex fermè men-  
ses Domine. PÆDA. Non tangeris desiderio ma-  
tris? PV. Nonnunquam sanè. PÆD, Cupis eam  
reuisere? PV. Cupio Domine, si id pace licet tua.  
PÆD. Nunc flectendum erat genu. Bene habet. Sic  
pergit, Cum loqueris, caue ne præapites sermonē, aut  
hæsites

hæsites lingua, aut palato immurmures, sed distincte,  
clare, articulate consueto proferre uerba tua. Si quem  
præteribis natu grandem, Magistratum, Seædotem,  
Doctorem, aut alioqui uirum grauem, memento aperire  
caput. Nec pigeat inflectere genu. Itidem fauto quum  
præteribis ædem sacram, aut imaginem crucis. In con-  
uiuio sic te præbebis hilarem, ut semper memineris, quid  
deœat ætatem tuam. Postremus omnium admoueto ma-  
num patinæ. Si quid datur lautius, reuasato modeste, si  
instablitur, accipe. Et age gratias, mox deœpta porti-  
uncula, quod reliquum est, illi redditio, aut aliai proxime  
accumbenti. Si quis præbibet, hilariter illi bene pre-  
care, sed ipse bibito modiæ. Si non sitis, tamen admo-  
new cyathum labijs. Arride loquentibus, ipse ne quid lo-  
quaris, nisi rogatus. Si quid obsceni dicetur, ne arride.  
Sed compone uultum, quasi non intelligas. Nec cui ob-  
trectato, ne cui temet anteponito, ne tua iactato, ne aliena  
despiato. Esto comis, etiam erga tenuis fortunæ sodales.  
Neminem deferto. Ne sis lingua futili. Ita fiet ut sine  
inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Si uideris  
conuiuum esse prolixius, precatus ueniam, ac salutatis  
conuiuis, subduato te à mensa, uide ut horum memineris.  
**P V E R.** Dabitur opera mi Præceptor. Nunquid  
aliud uiss? **P A D.** Adito nunc libros tuos. **P V E R.**  
Fiet.

DE LVSV.

NICOLAVS, HIERONYMVS.

Cos

COCL ES, PÆDAGOGVS.

NICO. Iamdudum & animus. & cœlum, & dies in uitat ad ludendum. HIE. Inuitant quidē hæc omnia, sed solus Præceptor non inuitat. NIC. Subornandus orator quissiam, qui ueniam extorqueat. HIE. Aptè quidem dictum extorqueat. Nam atius clauam extorse-  
ris è manu Herculis, quam ab hoc ludendi ueniam. At olim illo nemo fuit ludendi audior. NICO. Verum, sed iam olim ille oblitus est, se fuisse puerum. Ad uerbe-  
ra facilimus est, & liberalis, hic parassimus, idemq; di-  
fficilimus. HIE. Attamen protrudendus est aliquis legatus, non admodum uerecundæ frontis, quem non illi-  
co protecet suis sœuis dictis. NI. Eat qui uolet, ego care  
re malo, quam rogare. HIE. Nemo magis accom-  
modus ad hanc legationem, quam Cocles. NICOL.  
Nemo profecto. Nam perfrictæ frontis est, ac bene lin-  
guax. Deinde sensum hominis pulchre callet. HIER.  
Cocles, ab omnibus nobis magnam imiturus gratiam.  
COCL ES. Evidem experiar sedulo. Verum si non  
successerit, ne conferte culpan in oratore uestrum. HIE.  
Bene ominare, si te satis nouimus, impetrabis. Abi ora-  
tor, redibis exorator. CO. Eo, Bene fortunet lega-  
tionem meam Mercurius. Salue Præceptor. PÆD.  
Quid sibi uult nugamentum hominis. CO. Salue  
præceptor obseruande. PÆD. Insidiosa ciuitas. Satis  
iam saluo. Dic quid tibi uelis. CO C. Totus dispu-  
lorum tuorum grec orat ludendi ueniam. PÆD A.  
Nihil

Nihil aliud quām luditis, etiam absq; uenit. C O C.  
Sāt tua prudentia, uigorem ingeniorum excitari mode-  
rato lusu, quemadmodum nos docuisti ex Quintilio.

PÆDA. Sane ut isthuc tenes, quod p te facit. Laxa-  
mēto opus est ijs, qui uehemēter laborant: uobis qui segno  
ter studetis, et acriter luditis, freno magis op<sup>9</sup> est, quām  
laxatis habenis. C O. Adnūtimur pro uiribus. Et  
si quid hactenus ceſſatum est, post diligentia sarcietur.

PÆD. Oh sartores. Quis erit fideiuſſor istuc futurum?

C O. Ego capitis mei periculo non dubitem esse ſpon-  
ſor. PÆD. Imò uili periculo potius. São quām non  
ſit tutum tibi credere. Tamen hic periculum faciā, quām  
ſis bone fidei. Si dederis uerba, poſthac nequicquām  
me cum geris. Ludant, ſed gregatim in campis. Ne di-  
uertant ad compotationes, aut alia nequiora. Maturē ſe  
recipiant domum ante ſolis occubitum. C O. Fiet.  
Exoraui, quanquām ægre. HIE. O lepidum caput,  
omnes amamus te plurimum. C O. Sed interim a-  
uendum ne quid peccemus, alioqui de meo tergo depen-  
dendum foret, fide iuſſi ueſtro omnium nomine, quōd ſi  
quid accidat, non eſt quōd me poſthac utamini legato.  
HIE. Cauebitur. Sed quod lufus genus potiſſimum pla-  
et. C O. De hoc in campo consultabimus.

### PILA.

N I C O. Nulla res melius exercet omnes corporis par-  
tes, quām pila palmaria. Sed aptior hyeme, quām aſſati.

HIE.

HIE. Nullam anni tempus nobis parum accommodum  
est ad ludendum. NICO. Minus sudabitur, si ludas  
mus reticulo. HIE. Imo reticulum piscatoribus re=   
linquamus, elegantius est palma uti. NICO. Age  
nihil moror, sed quanti certabimus? HIE. Talitro  
sic paratur pecuniae. NIC. At ego malo fronti par  
ti, quam pecuniae. HIE. Et mihi frons charior est  
pecunia. Aliquo pericolo certandum est, alioqui friget  
ludus. NIC. Sic res habet, ut dicis. HIE. Vtra  
pars prior euicerit tres lusus, ei uicta, pendet sextam  
drachmæ partem. Sed hac lege, ut quicquid è uictorijs  
collectum fuerit, insummatur in coniunctionem, ad quod pari  
ter uocentur omnes. NICO. Placet lex, et rata esto.  
Supereft igitur, ut sortiamur partes. Nam sumus ferme  
pares omnes, ut non admodum referat, quis cui coniunc  
tetur. HIE. Tu tamen me longe peritior es. NIC.  
Ut sim, sed tu fœliaor. HIE. Etiam hic ualeat fortuna?  
NICO. Illa nusquam non regnat. HIE.  
Age siat fortitudo. Euge, bene accedit, contigere quos uo  
lebam. NICO. Et nos nostræ sodalitatis non pœni  
tit. HIE. Age dum simus uiri. Amat uictoria curam.  
Suum quisq; locum grauiter tueatur. Tu mihi consiste  
tergo excepturus pilam, si me transuole. Tu isthic ob  
serua, repulsurus huc ab aduersarijs reuolantem. NI.  
Ne musca quidem hac præteruolarit impune. HIE.  
Agite bonis aubus, mittite pilam in teclum. Qui miser  
rit nihil prefatus, frustra miserit. NICO. Hem,  
scape igitur. HIE. Mittito, si misericordia extra lineas,

aut infra suprāue tectum, uestro damno fuerit, aut certe  
nobis fraudi esse nolim. Tu sane parum commode mit-  
tis. NIC. Tibi quidem, at nobis commode. HIE.  
Ut miseris ita remittam. Pari pari referam. Sed prestat  
ingenui legitimeq; ludere. NIC. In ludo pulchrum  
est arte uincere. HIE. Fateor, atq; etiam in bello.  
Sed habet utraq; pars suas leges. Et sunt artes illibera-  
les. NICO. Credo plures septem. Signa termi-  
num testula, aut rudere, aut si mauis pileo tuo. HIE.  
Tuo malim. NIC. Rursus exāpe pilam- HIE.  
Mitte pone notam. NICO. Habemus duos termi-  
nos satis longinquos. HIE. Vtcūq; sed tamen uinc-  
biles. NIC. Planè uinabiles, si nemo repugnet,  
HIE. Euge priorem metam præter currimus. Viāmus  
quindecim. Heus præbete uos uiros, uiceramus & hic,  
si tu tuo constitisses loco. Sumus igitur pares. NICO.  
Non diu futuri. Vicimus triginta. Vicimus quadraginta  
quinq;. HIE. Sestertia? NICO. Non. HIE.  
Quid igitur? NIC. Numeros. HIE. Quo per-  
tinent numeri, si nihil est quod numeres? NIC. No-  
ster hic ludus est. HIE. Præpropere tu quidem, ante uic-  
toriam canis triumphum. Vidi qui uincarent ab hoc nu-  
mero, qui nihil habebant. Varia est, ut Martis, ita lusus  
alea. Habemus triginta. Iam rursum sumus pares. NI.  
Nunc serio res agitur. Euge successit, habemus potio-  
res. HIE. Non diu habituri. Dixin' rursus aequali  
fortuna sumus. NICO. Diu nutat fortuna, uelut  
anæps, utris uelit addicere uictoriam. O fors fortuna, si  
nobis

nobis faueris, dabimus tibi maritum. Euge, audiuit uos  
tum, penes nos est huius certaminis uictoria. Pone no-  
tam cretaceam, ne excidat. HIE. Iam appetit uespera,  
& sudatum est satis, præstat à ludendo desistere, ne  
quid nimis. Supputemus lucrum. NICO. Nos euici-  
mus tres drachmas, uos duas. Restat igitur una ad com-  
potacunculam. Sed interim quis soluet præciū pilarū?  
HIE. Omnes ex æquo, pro sua quisq; portione. Nam  
lucrum exilius est, quam ut inde possit aliquid decidi.

LVDVS GLOBVLORVM.  
missilium.

ADOLPHVS, BERNARDVS.

ADOL. Tu toties apud me gloriatus es, te mirū quen-  
dam esse artificem in certamine mittendorum globorum.  
Age libet experiri, qui uir sis. BER. Nihil detre-  
sto, huc, si quid libet. Nunc tu Planè, quod dici solet, in  
planiciem prouocas equum. ADO. Et tu senties me  
non esse asinum. BERN. Placet ne monomachia,  
ut unus cum uno congregiatur, an mavis adiungi socios  
periculi? ADOL. Malo μονομαχεῖν, ne qua pars  
uictoriæ decidatur alteri. BERN. Isthuc & ipse ma-  
lo, ut laus in solidum sit mea. ADO. Hi spectatores  
erunt & arbitri. BERN. Recipio, sed quod erit  
uictori brauium, aut quæ uicto poena? ADO. Quid  
si uicto amputetur auricula? BE. Imò testium alter  
execetur potius. Non est magnificum, certare pro pe-  
cunia. Tu Germanus es, ego Gallus, decertemus p suæ

D

uterq;

uterq; gentis gloria, si uicero, tu ter exclamabis: Floreat  
Gallia. Si uictus (quod absit) fuero, totidem uerbis cele-  
brabo tuam Germaniam. ADO. Age placet conditio.  
BER. Adsit fortuna. Quando pericitantur hoc ludo  
duae maximae nationes, sint aequales sphære. ADO.  
Nostri saxum illud prominens haud procul à portas  
BER. Noui. ADO. Ea erit meta, & hæc linea.  
BER. Esto, sed sint, inquam, pares globi. ADO.  
Minus discernas ouum ab ouo, aut ficum à ficu, sed mea  
non refert, utrum malis elige. BER. Mitte. ADO.  
Heus, tu mihi non brachium, sed balistam habere uide-  
ris, ita torques globum. BER. Satis momordisti la-  
brum, satis rotasti brachium, tandem mitte. O uires Her-  
culeas, sed tamen uincio. ADO. Nisi sceleratus ille la-  
terculus obfuitisset, præuerteram te. BER. Consiste  
in sphærae tuæ uestigio. ADO. Non utar dolo malo.  
Cupio uirtute, non fraude uincere, quandoquidem de glo-  
ria certamen est, Bene uerat. BER. Ingens profe-  
cto iactus. ADO. Ne ride, priusquam uiceris. Adhuc  
penè sumus pares. BER. Nunc res agitur. Vix  
prior metas contigerit, is uicerit. ADO. Via, can-  
ta. BER. Sed definiendum erat, quo ludo consta-  
ret uictoria. Nam primo nondum incaluerunt uires.  
ADO. Definiant arbitri. AR. Tertio. BER.  
Placet. ADO. Quid ais? Agnoscas ne uictorem?  
BER. Tibi fortuna magis aspirauit, uiribus & arte  
non tibi aessero. Sed quod arbitri pronunciauerint, id se-  
quar. ADO. Germanus uicit, & hoc glorioſior est  
uicit

uictoria, quod tam artificem uicerit. Nūc canta Galle.  
BER. Sum rauus. ADO. Hoc Gallis nouum non  
est, sed tamen coccysa. BER. Floreat Germania  
ter. ADO. Imò ter hoc erat canendum. BER.  
Contraximus siticulam, eamus ad compotatiunculam, ibi  
perficietur cantio. ADO, Non reaso, si ita uidetur  
arbitris. BER. Ita commodius est. Melius canit  
Gallus colluto gutture.

LVDVS SPHÆRÆ PER  
annulum ferreum.

GASPAR, ERASMVS.

GAS. Age, nos auspicabimur, uicto succedit Mar  
colphus. ERA. Sed quod erit uictori præmium?  
GAS. Vicitus ex tempore faciet, ac recitatibz distichon  
in laudem uictoris. ERA. Ac apio legem. GA.  
Vis ne sortiamus, utr prior iniapiat. ERA. Esto tu  
prior, si libet, ego malim esse Abbas. GAS. Hoc  
tua conditio potior est, quod tibi nota est area. Versaris  
in tua harena. In hac exeritador sum, quam in libris, ta  
men istud perquam exigui momenti est. ERA. Et quum  
est, ut tantus artifex in hoc certamine mihi largiare non  
nihil. GAS. Imò isthuc abs te peterem iustius, sed  
parum est honesta, precaria uictoria. Is demum uinat,  
qui suo Marte uinat. Ita sumus pares, ut non melius com  
missus fuerit olim cum Bitho Bachius. ERASMVS  
Tua sphæra commodior est mea. GA. Et tua uola  
uinat meam. ERAS. Ludito legitime absq; technis,

ac dolomalo. GAS. Dices tibi rem esse cum homine  
probo. ERA. Sed prius audire cupio huius sphéri-  
sterij plebiscita. GA. Quaternio ludum absoluit.  
Qui hanc lineam præterierit, in damno est. Reliquos  
limites si transilias, sine fraude fiet. Qui globum suo  
loco mouerit, perdit ius feriendi ERA. Intelligo,  
GA. En, occlusi tibi portam. ERA. Sed isthinc te  
excutiam. GA. Id si feceris, cedam tibi huius certa-  
minis palmam. ERA. Bona fides? GA. Optima,  
non enim potes alia via, nisi sic mittas sphærā tuam in  
parietem, ut resiliat in meam. ERAS. Id experiar.  
Quid ais bona uir? Nonne depulsus es? GA. Fa-  
teor, utinam tā sapiens esses, quam es fœlix. Sed isthuc  
tenties tentati, uix semel successerit. ERA. Imò si quid  
audes deponere pignoris, nisi tertio quoq; experimento  
successerit, uimces. Sed interim redde pactum præmii.  
GA. Quod nam? ERA. Distichon. GA.

Reddam. ERA. Et quidem ex tempore. Quid ar-  
rodis unguem? GA Habeo. ERAS. Recita clas-  
se. GA. Clarissime.

Plaudite uictori iuuenes hic quotquot adestis.

Nam me qui uicit doctior est nebulo.  
Nonne distichon habes? ERA. Habeo, sed quale abs-  
te allatum est, tale tibi referetur.

### SALTVS.

VINCENTIVS, LAURENTIVS,  
VIN. Libet ne decertare saltu? LAV. Ludus iste  
non conuenit pransis. VIN. Quamobrem? LA.  
Quid

Quia uentris faburra grauat corpus. **VIN.** Non ad modum sanè qui pransi sint in pædagogio. Nam hi plerumq; cœnaturiunt, priusquam absoluerint prandium.

**LAV.** Quodigitur saliendi genus placet? **VIN.**

Auspicemur ab eo, quod est simplissimum, à saltu locustarum, siue mauis ranarum utraq; tibia, sed iunctis pedibus. Qui longissime promouerit cingulum, coronam feret. Huius ubi erit satietas, aliud atq; aliud genus experiemur. **LAV.** Evidem nullum recusabo genus, nisi quod geritur cum periculo tibiarum, nolim mihi re esse cum chirurgis. **VIN.** Quid si certemus unica tibia? **LAV.** Iste ludus est Empusae, ualeat. **VIN.**

Hastæ innixum salire, cum primis est elegans. **LAV.**

Liber alius est certare aursu. Siquidem hoc certaminis genus apud Virgilium proposuit et Aeneas. **VIN.**

Verum, Sed idem proposuit et cæstuum certamen, quo non delector. **LAV.** Designa stadium, hoc loco sit carcer. Queraus ista sit meta, **VIN.** Sed utinam adferset Aeneas, qui proponat et præmia uictori. **LAV.**

Uictori abunde magnum præmium est gloria. **VIN.** Victo potius dandum erat præmium solatiij gratia.

**LAV.** Sit igitur uicto præmium, ut lappa coronatus redeat in urbem. **VIN.** Evidem non recusarim, si tibi præcedas, tibia canens. **LAV.** Est ingens æstus. **VIN.**

Nec mirum cum sit solsticiū æstuum. **LAV.** Præstiterat natura. **VIN.** Mihi non placet ranarū uita. Animal sum terrestre, non amphibion. **LAV.** Sed tamen hoc exeritamenti genus olim cum primis habebatur liber

rale. **VIN.** Imò etiam utile. **LAV.** Ad quid  
**VIN.** Si fugiendum sit in bello, ibi potissimum ualent,  
qui securi cursu pedum & natatu exerauerunt. **LAV.**  
Artem narras haud quaquam aspernanda. Neq; enim  
minus laudis est aliquando, bene fugere, quam fortiter  
pugnare. **VIN.** Sum planè ruditus & imperitus na-  
tandi. Nec sine periculo uersamur in alieno elemento.  
**LAV.** Sed adsuescere oportet. Nemo nascitur artifex.  
**VIN.** At ego istius generis artifices permultos audio  
natasse, sed non enatasse. Experioris primum innixus  
suberi. **LAV.** Nec suberi fido magis quam pedi-  
bus. Si uobis cordi est natatio, spectator esse malo, quam  
certator.

### VENATIO.

**PAVLVS THOMAS, VINCENTIVS.**  
**LAVRENTIVS, BARTHOLOMEVS.**

**PAV.** Trahit sua quenq; uoluptas, mihi placet uen-  
atio. **THO.** Placet & mihi, sed ubi canes? Vbi uena-  
bulae? Vbi casses? **PAV.** Valeant apri, ursi, cervi, &  
ulpes, nos insidiabimur cuniculis. **VIN.** At ego la-  
queos iniiciam locustis, insidiabor Gryllis. **LAV.** Ego  
ranas captabo. **BAR.** Ego papilioes uenabor.  
**LAV.** Difficile est sectari uolantia. **BAR.** Difficil-  
le, sed pulchrum. Nisi pulchrius esse ducis sectari lum-  
bricos, aut coebras, quia carent alis. **LAV.** Equi-  
dem malo insidiari piscibus, est mihi hamus elegans.  
**BAR.** Sed unde parabis escam? **LAV.** Lumbrico-

rum ubiq; magna est copia. BAR. Est, si tibi uelint  
prorepere è terra. LAV. At ego mox efficiam, ut  
multæ myriades profiliant. BAR. Quo pacto? in-  
cantamentis? LAV. Videbis artem. Imple hanc si-  
tulam aqua. Hos iuglandium summos cortices uirentes  
confactos immittito. Hac aqua perfunde solum. Nunc  
obserua paulisper. Vides emergentes? BAR. Rem  
prodigiosam video. Sic olim, opinor exiliebant armati  
ex satis serpētis dentibus. Sed pleriq; pisces delicatioris,  
& elegantioris sunt palati, quām ut esca tam vulgari ca-  
piantur. LAV. Noui quoddam insecti genus, quo  
talibus insidiari soleo. BAR. Tu uide an possis im-  
ponere pisibus, ago ranis facessam negotium. LAV.  
Quomodo, reti? BAR. Non, sed arcu. LAVR.  
Nouū pescandi genus. BAR. At non iniucandū. Vi-  
debis & fateberis. VIN. Quid si nos duo micemus di-  
gitis? PAV. Ignatum est ac rusticum lusus genus  
Ad focum desidentibus magis conuenit, quām in campo  
uersantibus. VIN. Quid si cōtemus nuabis? PAV.  
Nuces admodum pueris relinquamus, nos grandiusculi  
sumus. VIN. Et tamen nihil aliud adhuc, quām pu-  
eri sumus. PAV. Sed quibus decorum est ludere nuab-  
ibus, ijsdem non indecorum est equitare in arundine lon-  
ga. VIN. Tu igitur præscribito lusus genus, sequar  
quocunq; vocaris. PAV. Et ego futurus sum omni-  
um horarum homo.

EVNTES IN LVDVM.

D 4

Syl.

SYLVIVS, IOANNES.

SYL. Cur adeo curris Ioannes? IO. Cur lepus,  
ut aiunt, pro carnibus? SYL. Quid hoc prouerbij  
est? IOA. Quia nisi adfuerō in tempore, ante reci-  
tatum catalogum, actum est de pella mea. SYL. Hac  
quidem ex parte nihile est periculi, modo præterita est  
quinta. Inspice horologium, manus nondum attigit pū-  
ctum, quod horam ab hora æquis spacijs dirimit. IO.  
At ego uix habeo fidem horologijs, mentiuntur nonnum  
quam. SYL. At mihi fide, qui campanæ uocem audiui.  
IOA. Sed est & aliud, unde magis etiam timeam, red-  
denda est memoriter hesterna lectio, satis prolixa. Ve-  
reor ut possum. SYL. Commune periculum narras,  
nam & ipse uix satis teneo. IOA. Et nosti præ-  
ceptoris sævitiam. Omnis illi noxia capitalis est, nec magis  
parat nostris natibus, quam si corium esset bubulum.  
SY. Verum is non aderit in ludo. IO. Quem igitur  
uicarium constituit? SY. Cornelium. IO. Strabum  
illum uæ nostris natibus, Is uel Orbillio plagosior est.  
SY. Verum dicas, et ideo non raro sum illius brachio  
precatus paralysim. IO. Non est pius imprecati præ-  
ceptor, nobis potius cauendum, ne inadamus in illius ty-  
ranni manus. SY. Reddamus inter nos uicißim, alte-  
ro reatante, altero codiæm inspiciente. IO. Pulchre  
mones. SY. Fac præsenti sis animo. Nā metus officit  
memoriæ. IO. Faæle deponerem pauorem, si non ades-  
set periculum. At in tanto discrimine quis possit esse se-  
curus animo? SY. Fateor, attamen non agitur de ca-  
pite, sed de parte diuersa.

Alia

## ALIA.

### CORNELIUS. ANDREAS.

COR. Scite tu quidem pingis, sed charta tua perfluit,  
Charta subhumida est, ac transmittit atramentum. AN.  
Queso ut appares mihi pennam hanc. CO. Deest  
mihi gladiolus scriptorius. AN. Entibi. CO. Hui  
quā obtusus. AN. Accipe coticulam. CO. Vtrū amas  
scribere cuspide duriuscula, an molliore? AN. Attempe  
ra ad manum tuam. CO. Ego molliore soleo. AN.  
Queso ut mihi describas ordine figurās elementorum.  
CO. Græcas an Latinas? AN. Latinas primū: cona  
bor imitari. CO. Suppedita chartam. AN. Acape.  
CO. Sed meum atramentū dilutius est, subinde infusa  
aqua. AN. At meū linteolum prorsus exaruit. CO.  
Immunge, nisi mauis immeiere. AN. Imò potius ro  
gabo alicunde. CO. Præstat habere domi, quā rogare  
comodato. AN. Quid est scholasticus absq; calamo &  
atramento? CO. Quod miles absq; clypeo & gladio.  
AN. Utinam mihi essent articuli tam celeres. Equi  
dem nō possum dictantis uocem scribendo assequi. CO.  
Prima cura sit ut bene scribas, proxima ut celeriter.  
Sat ato, si sat bene. AN. Belle, sed istam cantionē cane  
præceptorī, quum dictat, sat ato, si sat bene.

### BREVIS DE COPIA

#### præceptio.

Principio res ipsa puris, electis ac latinis uerbis effe  
renda est, quod ipsum posse, non mediocris artificis est.

D. 5

Sunt

Sunt enim permulti, qui ne sao quomodo copia et uarietatem orationis effectant, cu ne semel quida rem possint apte explicare, Isti tanq; semel balbutisse sit paru, balbutie suam alijs atq; alijs modis reddut balbutiore, tanq; ipsi secum certamen suscepint, ut quam barbarissime dia possit, dicant. Itaq; inepti synonyma quedam congerut, adeo interdum inter se disidentia, ut ipsa mirentur, quo pacto conuenerint. Quid enim absurdius q; hominē pan nosum, cui ne una quidē, quam sine pudore posit induere, sit uestis, eum tamen subinde suos pannos mutare, ac mendicitatē suam pro opibus ostentare? At nihilominus ridiculi uidentur isti uarietatis affectatores, qui cum bare semel dixerint, repetū idem multo barbarius, demū iterum atq; iterum indoctius. Hoc est, non oratione sed solcāsmis abūdare. In primis igitur, ut dixi, res ipsa aptis atq; electis uerbis est explicanda. Deinde mutatorijs uerbis ut endum, si qua, que idem efficiant, reperiātur, reperiuntur enim permulta. Demū ubi propria deficiant, translaticijs erit ut endum, si modo uerecunda sit translatio. Ea quoq; ubi deerunt, si per actiua dixisti, ad passiuā reuertendū erit, que nobis totidem orationes redunt, quod ex actiuis constabant. Postea uerba, si licet, aut in nomina uerbalia, aut in participia cōmutabimus. Postremo ubi modo aduerbia in nomina, modo nomina in alias atq; alias partis cōmutauerimus, per contrariū dicemus, aut affirmatiuā orationē in negatiuā cōmutabimus, aut retrosum, aut certe quod pronunciatiue dictū, per interrogationem efferemus. Nunc exempli causa  
hanc sententiam sumamus.

Litea

## LITERÆ TVÆ MAGNO-

pere me delectarunt.

## LITERÆ.

Epistola, epistolium, scripta, schedæ, literæ.

## MAGNO PERE.

Mirum in modum, miris modis, maiorem in modum.  
mirandum in modum, supra modum, plurimum, non me  
diocriter, summoperc, maximopere.

## M E.

Animum meum, pectus meum, oculos meos, cor me-  
um, Christianum.

## DELECTARVNT.

Voluptate affecerunt, recreauerunt, exhilararunt,  
uoluptati fuerunt, oblectarunt, uoluptate perfuderunt,  
mellitissime fuerunt, iucundissime &c. habes materiam,  
tuū erit cōponere. Experiamur igitur. Faciamus peri-  
culum. COR. Tua literæ magnopere me delectarūt.  
Tua epistola mirifice nos exhilarauit. AN. Verte  
actuum in passiuum, alia erit facies. Ut, Dici non pos-  
sit, quām tuis sim scriptis exhilaratus.

Item per alia uerba idem effidentia.

Tuis ex literis incredibilem cōpi uoluptatem. Ex epi-  
stola celitudinis tuae plurimam uoluptatem accepi. Non  
mediocrem lētitiam tua mihi scripta attulerunt. Gau-  
dio tua me scripta quantus eram, perfuderunt. Hic nō ita  
liceret mutare in passiuā, nisi in illo postremo, perfusus  
gaudio, quod usitate dicitur. Capiebatur à me uoluptas.  
Allatum est gaudium, non perinde usitate dixeris.

Per

PER AFFICIO.

Singulare uoluptate literæ tuæ me affectarunt.

MUTA IN PASSIVVM.

Tuis scriptis incredibili sum affectus uoluptate.

Non parum gaudiorum tuum nobis epistolium peperit.

PER SVM & nomina adiectiva.

Tuæ mihi literæ multis modis iucundissimæ fuerunt.

Fuit tua illa epistola sanè quam gratissima.

PER NOMINA substantiua.

Ineffabili uoluptati tua nobis epistola fuit.

Incredibili iucunditati fuerunt tuæ literæ.

COMMUTA IN NEGATIONEM.

Tua scripta non mediocri lætitiae fuere. Nihil in uita  
tuis literis accedit iucundius. Quanque hac ratione aliquo-  
ties iam usumus, quæ non est negligenter prætereunda.  
Nam quoties, multū, plurimum, singulariter significare  
uolumus, per contrariū uerbū idem efficiemus. Ut ve-  
hementer te amat Henricus. Haud uulgariter te amat.  
Multū me iuuat uinum, haud parum iuuat. Est uir sin-  
gulari ingenio. Est uir ingenio non uulgari. Est homo  
doctrina admirāda. Est homo nō cōtemnenda doctrina.  
Thomas est summo apud suos loco natus. Non infimo  
loco natus. Augustinus eloquentissimus fuit. Non inelo-  
quens fuit. Carneades orator fuit nobilis, non ignobilis,  
non obscurus. Et id genus similia, quæ nunque non usum  
niūt. Sed admonuisse rem clarissimam satis est. Nec te  
lateat, bifariam nos huiusmodi rationum genere uti mo-  
destiæ causa, presertim si de nobis ipsis loquamur. Tum  
etiam

etiam amplificandi gratia. Nam non ingratum, pro ual  
de grato, non uulgariter, pro singulariter, recte & ue=  
nuste dicimus.

### MODESTIAE CAVSA.

Ego literis meis nonnullam doctrinæ sum opinionē  
consecutus. Semper curauit, ut in literaria gloria non po=  
stre mas parteis tenerē. De amplificatione superiora sūt  
exempla, nunc ad nostra reuertamur. Nihil tua epistola  
unq̄ euenit gratius. Nulla res maiori unq̄ uoluptati sūt,  
quām tua scripta. Nulla unq̄ ex re tantundem c̄epi uolu=ptatis, quantū ex tuis literis amātiſimis. Hoc modo singulae orationis superiores poterunt uariari per interrogatōnem. Quid tuis literis in uita iucundius esse potuit? Quid epistola illa tua nobis euenit dulcius? Quid ita oblectauit unquā, ut proximæ tuæ literæ? Hoc modo rursum singulas sc̄rē rationes uariare licebit. CO. Quid deinde fiet? AN. Iam paulò liberius totam orationē uer=temus, ut utinam dictionē pluribus uerbis circumloqua=mur. CO. Dic exempli causa. A N. Quod modo per nomen incredibile, modo per aduerbiū incredibiliter, di=flum erat, unā dictionē aliquod uerbis commutabimus. Literis cōsequi nequeā, quantū tuis literis sim delectat⁹. Et mihi scriptu, et tibi creditu perdifficile fuerit, quantæ iucunditatū tua mihi scripta fuerint. Explicare prorsū nequeo, q̄ sim tuis literis gauisus. Et item in infinitum. Rursum alio pacto: Nam hactenus & per negationem, & per interrogationē, postremo per infinitas orationes uariauimus. Nunc per subiunctivas siue cōditionales ua=riabi-

riabimus hoc modo. Moriar, si unquā quicquā fuit tuis  
literis, aut optatius, aut dulcior. Pereā si ulla res maiori  
uoluptati fuit, quam tuæ literæ. Ita me Deus amet, ut ni  
bil in uita tuis literis accidit iucundius. Et item alia mul  
ta in hunc modum ex cogitare licet. COR. Quid inde?  
Nūc ad trāslatiōes, similitudines & exēpla fugiendū est

### TRANSLATIO EST IN HIS.

Accepī literas tuas, quæ mellitæ fuerūt. Nihil nisi mere  
delitiæ tua mihi scripta uidetur. Mera uoluptas sunt tuæ  
literæ. Et huiusmodi plurima. Sed cauendū, ne obsoletis  
aut durioribus translationibus utamur, quale est illud,  
Iupiter hybernas eana niue confundit Alpes. Et quale est  
illud. Cœna tuorū scriptorū me suauissimis epulis refecit

### COMPARATIO A SIMILI.

Tua scripta, omni uel ambrosia uel nectare suauiora  
fuere. Literæ tuæ quoquis melle mihi fuere dulciores.  
Epistola humanitatis tuæ, & siliquam omnē, & mel At  
ticum, & saccarū omne, nectar, ambrosiamq; Deorum,  
longe superauit. Hic quicquid dulcedine nobilitatum est,  
in medium adduc potest.

### A B EXEMPLIO.

Nunquam adducar, ut credam Hero Leandri sui litt  
eras aut maiore uoluptate, aut pluribus osalis accepisse,  
quam tuas accepī. Vix crediderim, aut Saipionem, euer  
sa Carthaginē, aut Paulum Aemilium, capto Perseo, ma  
gnificientiorem egisse triumphum, quam ego, simul ac  
suauissima tua scripta, tuus mihi tabellarius reddidit.  
Huiusmodi tum ex fabulis, tū ex historijs infinita possunt  
inueni

inueniri. E Physica uero sumuntur rerum similitudines,  
quarūq; pluriārū naturas memoriter tenere ne cesset.  
Nunc si libet in alia sententia tentemus.

Nunquam dum uiuam, tui ero immemor. Semper  
dum uiuam, tui meminero. Quo ad uiuam, nunquam me  
tui capiet obliuio. Prius uiuere desinam, q; tui meminiſſe.

#### PER COMPARATIONES.

Si umbram corpus poterit effugere, & hic animus  
tui quibit obliuia. Tui memoriam ne Lethus quidem  
animis poterit abolere.

#### PRÆTEREA PER adūvætori,

aut more Poetico per contraria.

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit,  
Ante leues ergo &c. quæ non est multi negotij exco-  
gitare. Verum ne immoda uide amur, his in præsentia  
contenti simus. Alias, si uoles, copiosius hac de re collo-  
quemur. CHRI. Ego te Augustine iam plane acha-  
stum putabam. Sed tu præter expectationem nouum the-  
saurum indicasti, quem si pergas explicare, nox ante oc-  
cupauerit, quam tibi eadem de re sint uerba. AVGV.  
Si ego hoc mediocri & doctrina et ingenio preſto, quā  
tum Cicronē ipsum ualuisse credis, qui cum Rosao hi-  
strione certasse legitur? Sed sol nos reliquit. Humeſcit  
cœlū, præstat imitari auiculas, tectoq; ac lecto nos conde-  
re. Proinde uale mi Christiane suauissime in crastinum.  
CHRI. Tu itidem bene ualeas Augustine omnium do-  
ctiſſime.

FINIS.

